

Exonia

R. A. K. A.

00693

I

...msta orbi Konarskienu, Ex-Provincya-  
...dzu aduenenu, Congregationis Missionis,  
y te wwyz wymienione tak pozytywne,  
eli Dzela, oraz z Pisarzem y Kollektro-  
Wypicenia dobrych Losow, od teyze  
aczonmi, Konsensem Naszym Kro-  
...wiadomo bylo; jako, aby takowe, ku  
e Imprezy, szczególnie sie wiodly y  
Mocą Naszą Krolewką wspierac y pro-  
przewiezoną Loteryą, iey Dozor,  
z niy, tak na Collegium Privatam, ze  
wyz-przerzeczony Szpital, Zysk szedł,  
Piec Lat approbuiemy y utwierdzamy.

My więc, żeby wszystkim wiadomo  
obru, Narodu całego dążące Indrezy  
nczyły, życzymy; tak one Mocą Naszą  
owować, gotowi jesteśmy; przwzcz  
imistracy y Direkcy, aby z niy, tak  
hoją Kawalerską, jako y na wzwyż. przerz  
wagę Naszą Krolewską, na Pięć Lat ap

telebny w Bogu Xiędzu, Stambatoru K  
wi, Scholarum Piarnu y Xiędzu Aduene  
aplanom tym Samym, którzy te wwyż y  
ościotowi y Oyczyźnie poczéli Dzia, o  
m do Szafowania Kartek y Wypicenia  
enefaktorow kompanyi naznaczonmi, K  
wskim aprobować raczyli.



Canoni Johannes Klofowski.  
Cathedralis Premisliensis. Sacrae Regiae Ma-  
gatis, Sigilli Regni Secretarius.

*Domus Probationis  
Cracovia ad S.  
Matthiam.*



OCTIDUANA

SPIRITUS

EXERCITIA

*Cujuscunque Status*

PERSONIS

*accommodata,*

dudum Typis evulgata,

¶

nunc denuò recusa.

*Cum Permissu Superiorum,*

---

---

POSNANIÆ

*Typis Clari Collegii S. J.*

Annô Domini 1743.

W  
ru

36.900  
T


A  
L  
india  
simpl  
motu  
non v  
imme  
in ho  
semp  
les, a  
qua f  
percu  
singu  
dedi,  
perme  
pore  
etas  
Sacer

## ADMONITIO.

**L**ibellus est mole, sensû liber :  
Discursus non tractat, sed  
indicat. Cogitationes suggerit  
simplices, faciles, & breves ad  
motum idoneas. Si per negotia  
non vacat, diebûs octo continuûs  
immorari ; divide in dies, quæ  
in horas dispartitus sum : Satis  
semper invenies otii, dum vo-  
les, ad unius puncti lectionem :  
quæ fructu majore fiet, si non  
percurras obiter, sed meditatio  
singulis infistas. Studiosè pauca  
dedi, ut, quæ ex tuo addideris,  
permoveant magis. Si de tem-  
pore labores ? indicabo. Exspe-  
ctus Concionatorem in Cathedra:  
Sacerdotem in ara: imo tui a-

mici adventum: Principis ac  
cessum præstolaris? ne moratibi  
cum tadio, sine fructu dilabatur,  
libellum inspice, mente potius,  
quàm oculis, unam aut alteram  
veritatem volve; Crede mihi, ve-  
luri Sigillum in cera, sic vel le-  
vis recordatio, faciet aliquam in  
te pietatis impressionem; At vel  
maximè cum surgis, aut cubitū  
abscedis. Sententiæ ad finem cu-  
juslibet exercitii appositæ, sunt  
velut compendium meditationis  
totius, ceu grana essentiæ, quæ  
sub parva massa magnam vir-  
tutem continent, aptæ ad nutri-  
endam cogitationem piam per  
diem, imo per omnem vitam: His  
utere cum bono DEO, & in  
praxim quam paucis indico, redige  
cogitata ad Dei gloriam, tuam  
salutem &, meum solatiū.





DIES PRIMUS.

EXERCITIUM I.

*De Fide*

1. QUæcunque nos docet  
Fides, divini Verbi  
nituntur authoritate. Ex ore  
Christi didicit Ecclesia,  
quæ fidelibus credenda pro-  
ponit. Non est errandi de-  
viandique periculum, ubi  
viæ dux est. ipsa Veritas.

2. Quid prodest homini  
Christiano Fides, nisi pro  
regula morum ei serviat.

A3

In-

6

*Dies primus.*

Infans, qui dubitat de veritate Doctrinæ, quam revelavit DEUS; tot Martyres suo signârunt sanguine; tot scriptis, atquè signis firmârunt Confessores; ipsi toties cæterà mendaces spiritus, contrâ, quàm vellent, confessi sunt. Sed is vel maxime desipit, qui veram credit hanc esse doctrinam, & ita porrò vivit, quasi falsam esse sciret. Aliter credere, & aliter vivere, dæmonum est.

3. Fides ergò deinceps, mearum erit actionum regula, vitæ norma. Quod

con-

*Dies primus.* 7

condemnat illa, damnabo,  
quantumcuñque reluctetur  
natura. In occasionibus,  
Evangelij Maximas, mundi  
principiis opponam. Quid  
dicit Mundus? Cedendum  
est respectui: parendum in-  
clinationi: ferendum nihil.  
Quid docet JESUS Chri-  
stus? serviendum soli DEO:  
ferenda propter Deum o-  
mnia. Uter melius? An Chri-  
stus verax? an mundus  
mendax?

*Age gratias DEO, quod in  
vera vivas Ecclesia, tractim-  
que Symbolum Apostolicum  
volve, tanquam solennem  
A4 fidei*

8 *Dies primus.*  
*fidei professionem factururus.*

*Adauge nobis fidē. Luc. 17.*

*Quid prodest, si quis  
Catholicè credat, & gen-  
tiliter vivat. Petrus Da-  
mian.*

---

## *EXERCITIUM II.*

### *De Fine Hominis.*

1. **S**OLUS DEUS est noster  
finis ultimus, qui nos  
creare non potuit, nisi ad se.  
Animus dicit nobis, nos  
non esse factos, nisi pro  
DEO, dum satiari non po-  
test, nisi DEO.

2. Unicuique tribuen-  
dum

*Dies primus.* 9

dum est, quod suum est.  
Simus ergo DEI voluntate,  
cujus sumus naturâ. Nisi  
spontè nos ei tradimus ut  
filios, coget nos subesse ve-  
lut servos. Quidquid agas  
demùm, sub imperio DEI,  
vel patris, vel judicis viven-  
dum est. Quod mavis, elige.

3. Res quævis ad suum  
tendit finem, agitq; secun-  
dùm naturam sibi congeni-  
tam. Monstrum fortè in  
mundo Phœbus, si, qui na-  
tus est inferre lucem, indu-  
ceret tenebras. Sic inutile  
prorsus est cor meum, si pro  
solo DEO factum, non est

10 *Dies primus.*

folius DEI. Eja anime, exhibe te creaturam DEI, quæ sit folius DEI. Omnia tua cogitata, dicta, facta quò tendunt? Ah! quàm pauca foli DEO cogitas, dicis, facis! Ut quid terram occupamus, si omnia alia præter illud agamus, propter quod sumus in terra.

*Statue deinceps. D E U M solum in omnibus querere, nihil ipsi, quod suum est, præripere.*

Dominus meus & DEUS meus. *Joan. 20.*

Totum te exigit, qui totum te fecit. *S. Aug.*

EX-

---

**EXERCITIUM. III.***De Cura Salutis.*

I. **N**Egotium salutis, est proprium hominis negotium. Aliud quidvis nihili faciendum est. Machinationes Principum, Curiarum consilia, conclusa, bella, commercia, nugæ sunt, & inutiles tricæ. Unicum & maximè necessarium est negotium, servire DEO, suamque salutem curare. Omne bonum hominis, omnis perfectio, felicitas omnis in hoc consistit. Homo non

As

est,

est, qui negotium negligit  
 tanti momenti, cuius & in-  
 certa est consecutio, & irre-  
 parabilis jactura. Quam  
 caeca mens est, quæ vivere  
 semper cogitat, & nun-  
 quam cogitat vivere bene:  
 tota fortunis inhiat. & nul-  
 lam curæ partem in nego-  
 tio felicitatis æternæ ponit?  
 Quid prodest homini, si u-  
 niversum mundum lucre-  
 tur, animæ verò suæ detri-  
 mentum patiatur?

2. Omnes reliquæ crea-  
 turæ non sunt factæ, nisi  
 propter salutem nostram.  
 Inutiles fiunt, dum eum in  
 finem



finem non usurpantur, adeoque, cum primum homo suæ salutis attendere desinit: Sol lucem, cœli motum, terra fruges, Angeli tutelam subtrahere deberent; vel potius omnes cum ipso ad nihilum redigi creaturæ, cum sit indignus vitâ, qui non vivit DEO.

3. Interea plerique mortalium de nullo minùs, quàm de salute solliciti, curant omnia præter salutem. Ex omnibus emolumentum quæritur. Pecunia, ne sit otiosa, fœnori locatur: Agri coluntur & vineæ, ut  
fe-

ferant in tempore fructus suos. Omnis deploratur jactura, præter eam, quæ immensa est, & nunquam recuperanda. Quanti pro corpore sumptus, pro anima ne labor quidem impenditur. Quò modò vivendi ostendimus, videri nobis vel animam nostram non esse nostram, sed inimici nostri, sed vilis bestix: vel nullam nos animam possidere: vel accepisse, ut perdamus.

*Propone, tuam maximis etiam impensis salutem accurrare, & animum sume, quem*

*Pon-*

Dies primus. 15

Pontif. Benedictus XII. induerat. Is nefas aliquod à Rege flagitatus: Si duas, inquit, animas haberem, unam, O! Rex, tuis gratiis impenderem, sed cum unica mihi sit, eam tui causâ perdere non volo.

Unum est necessarium.

Luc. 10.

Ubi salutis damnum est, ibi jam utique lucrum nullum est. S. Euch.

---

#### EXERCITIUM IV.

De non differenda  
Conversione.

I. Niz

1. **N**imium differs, te tradere Deo. Videris velle manibûs ejus elabi. An igitur malum est, bonum esse? aut probro ducis, probrosam vitam abrumpere? Non potest venustas infinito amore digna, citò nimis amari. Cras, cras. Cur non hodie? cur non hâc ipsâ horâ? nunquid cras faciliùs catenæ meæ dissolventur? Eritne cras minùs durum cor meum? An igitur ignoras à tempore, quod omnia debilitat, malos habitus firmari, dilatâs

tis r  
ves  
2  
mi  
tia  
ten  
Gr  
nu  
inc  
fi  
nâ  
fio  
rò  
pe  
cr  
ra  
Si  
m

is remediis morbum ingra-  
vescere?

2. Quid impedit, quò-  
minùs DEUM ad pœniten-  
tiam intùs & foris horten-  
tem audias? quid absterret?  
Grave est, vitam deliciis in-  
nutritam invertere, vitiis  
inolitùs defuescere. Fateor,  
si de principio loqueris:  
nàm verè conanti cõver-  
sio dulcescit in dies. Et ve-  
rò, quid facere gravetur  
peccator, qui Deum adorat  
crucifixum, qvi veniam spe-  
rat, paradisum expectat?  
Si quid est nobis, erit vel  
maximè formidandus ille  
ni-

nimius divinarum gratiarum abusus, quem committimus differendo?

3. Differre qui possum, incertus de crastino? An ego vel unius horæ sum dominus? Quid si numerus meorum criminum hodie completus subitam Numinis proritet vindictam? Expectat me DEUS, sic scriptura confirmat: Possimne die crastina ad eum venire, non affirmat. Qui poenitentibus veniam promittit, diem crastinam non spondit. Fortè tempus erit adhuc, fortè non erit. Omnis

*Dies primus.* 19

mnis expers est rationis, qui  
salutem in casibus fortuitis  
fundat & constituit.

*Reflecte mentem ad illud  
tempus, quo differs te DEO  
tradere, & ad discriminis, in  
quo versaris, aspectum con-  
tremisce.*

Dixi, nunc cœpi. *Pf. 79.*  
Nulla satis magna securitas,  
ubi periclitatur æterni-  
tas. *S. Gregor.*



**DIES SECUNDUS.**

**EXERCITIUM I.**

*De Morte.*

**I. Me**

1. **M**ERITò formidat mortem, qui malè vivit. O! quæ reddenda ratio post vitam mundanam & sensualem! Quantus mœror, omnes quærendæ salutis occasiones perdidisse! In peccatis suis, in DEI odio mori: o! mors terribilis! O! momentum funestum, quò finiuntur gaudia temporis, & incipiunt pœnæ æternitatis.

2. Quid vellem in hora mortis fecisse, nunc agam idipsum, ne, non fecisse, me tandem pæniteat. Pretiosum



*Dies secundus.* 21

sum est tempus, quia incertum. Quodlibet vitæ momentum esse potest ultimum. Quò vixeris diutiùs eò morti vicinior es. Sed & juvenis sponsus sæpè tumulum in thalamo reperit. Certa mors est, dies & genus mortis incertum. Cave, ne te inveniat imparatum.

3. Quàm sunt viventis & morientis diversa de mundi bonis judicia! Quid terra sit, apparet, cum relinquenda est. Mors consultorum optimus, larvas rebus detrahit. Quò migrabit hæc venustás, hæc divitiæ, hoc

hoc gaudium, ille plausus & honor? Quod moriens format de omnibus hisce iudicium? Ah! quàm exiguus apparet mundus ad lucem illius facis, quæ nos in agone illuminat. Ast, dolor! errori corrigendo tempus non suppetet.

*Expende, quid sit, de quo potissimum tibi metueres, si nunc moriendum foret, eique quàm citissimè potes, occurre. Assuesce sic actiones obire singulas, velut post quamlibet moriturus, præcipuè Confessionem & Communionem.*

Unò tantùm gradû, ego  
morf-

*Dies secundus.* 23  
morſq, dividimur. *I. Reg. 20.*  
Christiano Craſtinum  
non eſt. *Tertull.*



*EXERCITIUM II.*  
*De Judiciſo Extremo.*

1. **O!** Supreme Judex! mi-  
ſer ego ſiſtendus ſum  
aliquando tribunali tuo ju-  
dicandus, prout geſſero hac  
in vita ſive bonum ſive ma-  
lum! Huic veritati fidem  
habeo tam firmam, vivám-  
que, velut ſi tuba jam jam  
inſonuiſſet, mortuos ſuſci-  
tatura.

2, Quid

2. Quid dicam? Ubi  
 meis & omnium oculis pa-  
 tebunt omnes cogitationes  
 meæ pessimæ, facinora sce-  
 leratissima? O! tremenda  
 dies illa, dies iræ Domini,  
 dies magna & amara val-  
 dè, quando cœli movendi  
 sunt & terra! Quid sum mi-  
 ser tunc dicturus, cùm vix  
 justus sit securus? O! tre-  
 mendum judicium, in quo  
 nec occultatio criminis, nec  
 excusatio locum habet, de-  
 precatio non auditur, appel-  
 latio non conceditur!

3. Quam, sententiam im-  
 pœnitens peccator exspe-  
 ctas

*Dies secundus.* 25

Etas ab inexorabili Deo? O fulmen horrendum, *Ite maledicti*: Et quò ibunt Domine, isti à te maledicti? in quem se mundi angulum recondent? in ignem æternum. O! funestissimum exilium! avelli à DEO, à DEO maledici, cum dæmonibus pati, vah! qualis hæreditas.

*Adverte, cujus te vel maxime puderet, si modò judicium Deo siftereris? Et, ubi sollicitaris ad peccandum, quia nemo videt, memento videre Judicem, qui revelabit omnia, etiam secretissimos cordis mo-*

B

tus,

26

*Dies secundus.*

*tus, pœnitentiâ non expiatus.*

Ante faciem indignationis ejus, quis stabit? *Nahum, 1.*

Væ etiam laudabili vitæ hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam.

*S. Aug.*

---

### EXERCITIUM III.

*De Inferno.*

I. **Q**uantum nos terreret infernus, si lamentabiles damnatorum clamores audire daretur! Suspirant, gemunt, ululant medius in flammis, ut belluæ fero-

feroces. Accusant se de peccatis, deflent, detestantur, sed serò nimis. Eorum lachrymæ ignem, quò nunquam consumendi torrentur, accendunt, non extinguunt. Pœnitentia damnatorum, quàm crudelis es, & quàm inutilis!

III. 2. DEUM nunquam inueniri: igne infernali, cujus noster umbra est, æternùm uri: omnis generis tormenta sine ulla respiratione aut consolatione, simul perpeti: Dæmones in oculis, furorem ac desperationem in animo semper habere, qualis vita!

3. Frennent infelices illi, tot à se neglectas obtinendæ salutis occasiones. Præteritorum gaudiorum ac voluptatum memoria vehementissimè præsens eorum tormentum acuit. Nihil verò cruciat illos magis, quàm quòd suâ culpâ perdit, DEI recordationem excutere non possint,

*Descende vivens in infernum, ex damnatis quære, quàm miser eorum sit status? quid eos illuc præcipites egerit? eorumque damnò disce DEUM timere, ac periculum, in quo versaris, formidare.*

*Quis*



*Dies secundus.* 29

Quis poterit habitare de  
vobis cum igne devorante?

*Isai. 33.*

Ardor gehennæ ardorem  
extinguit luxuriæ. *S. Isidor.*  
*Pelus.*

---

*EXERCITSUM IV.*

*De Æternitate Penarum in-*  
*ferni.*

I. **A**N potest ulteriùs divi-  
nus se rigor extendere,  
quàm, ut gaudia tam fluxa,  
suppliciis nunquam termi-  
nandis castiget: Esse infeli-  
licem, quamdiu DEUS erit  
DEUS, heu quanta infeli-  
citas! An non satis est, sum-

B 3 mos

mos esse damnatorum cruciatus, ut esse oporteat etiam æternos! Unius aviculæ punctura, (quàm leve malum!) si duraret semper, evaderet intolerabile. Quid igitur futurum?

2. O! æternitas! æternitas! si damnatus totò funderet sæculò non nisi unicam lachrymulam, ubi tamen tot lachrymas effudisset, quot omnium fluviorum ac marium alveis implendis sufficerent, post tot annorum milliones non plus profecisset, ac si pœnarum æternitatem hodiè primùm

inchoaret. Omnes àëris atomi, littorum arenæ, sylvarum folia, animantium pili, numerando finiuntur; non decrefcit æternitas, quantos, quantos annorum milliones ab ea subtraxeris.


3. Damnati non tantùm per omnem æternitatem acerbiffimè cruciantur, fed eos ipfa cruciat fingulis momentis æternitas. *Æternitas* ipsis femper obiicitur, in omnes eorum pœnas ingreditur; femper animò volvunt: quos patimur cruciatus, nunquam finientur.  
O! cogitatio crudelis!

O! status lamentabilis; æternum lugere, æternum uri, frendere æternum, ac furere! Ah, si hoc ita, velut damnati concipiunt, caperemus!

*Elice actum fidei, de pœnarum æternitate, quibus peccatum mortale vel unicum iustitia divina punit. Horrendum hominis malum est, infelicem æternitatem non nisi per experientiam propriam edoceri.*

Ibit homo in domum æternitatis suæ. *Eccl. 12.*  
Momentaneum quod delectat; æternum quod cruciat. *S. Augustinus.*

DIES



**DIES TERTIUS  
EXERCITIUM I.**

*De horrore Peccati.*

1. **Q**uanta jactura est, De  
um perdidisse! Se  
credunt infelices, qui, bonis  
ex se caducis per litem; aut  
aliud infortunium excide-  
runt; quid erit igitur, infi-  
nitum bonum perdidisse?  
Infelix anima, quæ DEUM  
amittit peccando! At infe-  
licior, quæ cætera perdita  
quærit, de solo DEO amif-  
so non dolet.

2. O! peccatum, quàm es

frequens inter hominēs, at  
quàm ignotum simul! Lu-  
dendo jocandóque te reum  
facis execrationis divinæ:  
quàm serius est iste lusus, jo-  
cus quàm infacetus; DEUS,  
etsi merus amor, odit pecca-  
rum infinitè; nec minùs  
peccatorem. Parum odisse,  
est parum mali velle: ad  
mortem odisse, est velle  
mortem: sed infinitè odisse,  
est sic odisse, ut ne-  
queat comprehendi. Quid  
timebis tandem, obstinate,  
si horrendum istud DEI  
summè potentis odium non  
formides?

3. Spectaculum horro-  
re plenissimum est specta-  
culum montis Calvariae.  
Interim animæ divinâ gra-  
tiâ spoliatae status horribili-  
or est illâ morientis in li-  
gno catastrophâ. JESUS  
non moritur, nisi ut pecca-  
tum extirpet. Plus abhor-  
ruit à peccato, quàm à sup-  
plicio.

*Concipe verum de peccatis  
dolorem. Inter omnes jactu-  
ras, sola gratiae jactura deflenda  
est, quia haec unica per lacry-  
mas resarciri potest.*

Quem fructum habui-  
stis in illis, in quibus nunc  
erubescitis? Rom. 6. Væ

Væ animæ audaci, quæ speravit, si à te recessisset, se aliquid melius habituram. *S. Aug.*

---

## EXERCITIUM II.

*De fuga peccati venialis.*

I. **Q**uis poterit inire numerum venialium noxarum, in quas per omnem vitam incidisti? Cre-dis, quòd ideo leves sint, quia multæ sunt? At nôsti Theologorum esse sententiam, si mortales omnes unius jocosæ mendacioli benefici-



beneficiò salvari possent, haud tamen probaturum esse DEUM, fieri malum intuitu nostro tam tenue, ut eveniat bonum tantum. Et tu propter nugas, respectus, & timores humanos bibis, velut aquam, iniquitatem?

2. Leves excessus sæpè sunt periculosi, sternuntque viam ad graviores, & denique ad exitium sempiternum. Nimiùm tibi ipsi præfidis, cùm putas te staturum in parvis, in grandia non prolapsurum. Non es constantior, nec sanctior Davide, quem levis aspectus

in amores impuros, & cædem innocentis protraxit. Quamvis & hoc servile sit ingenium, vitare tantum ea, quæ sub capitis poena prohibentur, cum filii vel minima vitent, quod DEO ita gratum esse sciant.

3. Peccatum etiam leve non manet impunitum. Nisi pœnitens hac in vita lachrymâs, DEUS judicans igne post hanc vitam expiabit. Dic, quô pretiô vivus exuri velles? Nullô, inquis. Et tamen huic te periculo toties ob exigua sensuum oblectamenta exponis? fer-

vorem imminuis, divinam  
tibi, tuisque benedictionem  
subtrahis.

*Si sapias, nihil aestima par-  
vum, quò scis magnum, imò ter-  
maximum, & optimum DE-  
UM offendi.*

Qui spernit modica, pau-  
latim decidet. *Eccli. 15.*

Mens Deo dicata sic cave-  
at minora vitia, ut majo-  
ra. *S. Bern.*

---

### EXERCITIUM III.

*De usu temporis.*

I. **V**bi sunt dies vitæ tuæ?  
nunquid transierunt

C 2

ficu-

sicuti fumus, qui disparuit.  
 Ex tot annis vitæ, mediam  
 partem somno, tertiam ne-  
 gotiis, lusibus, vitiis dedi-  
 mus, vix millesimam DEO.  
 Tam brevis est hæc vita,  
 quam tamen ita prodigi-  
 mus, quasi vel nunquam  
 illa finiretur, vel in ea nihil  
 agendum restaret.

2. Pretium temporis no-  
 verunt, qui amiserunt. O!  
 si damnatus Epulo vel uni-  
 cum haberet momentum,  
 quàm illud impenderet fru-  
 ctuosè. Veniam Petrus,  
 gratiam Paulus, Latro glo-  
 riam lucrati sunt tempore  
 non

*Dies tertius.* 41

non multo. Tu nundinarum observas tempus accurate, meritorum occasiones negligis. Erit fortè, cum inducias flagitabis usque manè, sed tempus non erit amplius.

3. Ille dies non est optimè collocatus, quò negotia tua maximè promovisti, divitias plurimùm accumulâsti: sed ille, quo plus meriti comparâsti, DEO plenius satisfecisti. Sic age quâvis horâ, ut quid agas, rogatus, verè subdas: DEO, salutem, æternitati laboro.

*Altè animo tuo imprime:*

C3

*Tem-*

*Tempus omne, quod propter DEUM non impendis, esse perditum: sed & consociis tuis otiosè confabulantibus inclama: Amicè, diem perdimus.*

*Deus nemini dedit spatium peccandi. Eccli. 15.*

*Vacat tibi, ut Philosophus sis, non vacat tibi, ut Christianus sis. S. Paulus.*

#### *EXERCITIUM IV.*

*De usu Gratiarum.*

**I.** *Nullam habemus gratiam, nisi quam sanguinis*

nis sui pretiô nobis comparavit Jesus, & pro nobis à Patre petiit exspirans in Cruce. Hinc datam è cœlo cogitationem bonam negligere, piam inspirationem suffocare, est JESU Christi sanguinem proculcare, est mortis Domini fructum inutilem facere.

2. DEO sumus obstricti, non eas tantùm ob gratias, quas obtinuimus, sed & ob illas, quas elargitus esset, nisi posuissemus obicem. Lucente Sole si fenestras oppandimus, non ille radios à nobis, sed nos aver-

44. *Dies tertius.*

rimus, in quorum libertate  
positum erat, iis uti.

3. Fortè plures anni sunt  
vicenis, quibus ad pium o-  
pus instigamur, & nondum  
obsequimur. Quamdiu  
scholam S. Spiritus fre-  
quentabimus absque pro-  
fectu? toties invitamur  
promissis, minus urgemur:  
& præstamus nihil. Crede  
mihi, exactus Creditor est  
DEUS. Exiget abs te ta-  
lenta cum fœnore. Cur  
pecuniam Domini tui ab-  
scondis?

*Age gratias Spiritui San-  
cto, pro omnibus, quas tibi  
largi-*



*Dies tertius. 45*

*largitus est, gratis. Pete veniam de neglectis. Audi modo, quod suggerit, & time, ne tibi toties surdo nihil porro loquatur.*

*Cui multum datum est, multum quæretur ab eo. Luc. 12.*

*Gratiam sequitur iudicium. S. Basil.*

§§§§  
**DIES QUARTUS**  
**EXERCITIUM I.**

*De usu Sacramentorum.*

**I.** Sacramēta, canales sunt, per quos pretiosus sanguis, & merita Christi Domini

**C 5**

**mini**

mini ad nos devolvuntur. Scaturigines sunt gratiarum salutis nostræ maximè necessariarum. Qui Sacramentis abutitur, Christi merita reddit inania, sibi que salutem facit impossibilem.

2. Abuti Sacramentis, est eorum effectum per malam ad ea dispositionem impedire. Quanti causa timoris est, tot fecisse confessiones sine ulla conversione! Cibò Divinò toties refectum esse, vitam nihilominus ducere brutalem! Christianus, qui vel semel dignè sacram Eucharistiam percipit,

pit, pares Martyrio subeun-  
do vires accipit. Quid cogi-  
tas?

3. Quod maximè dolen-  
dum est, dum Christi Do-  
mini corpus absque vero  
peccatorum dolore suscipi-  
mus, iudicium nobis secun-  
dùm Pauli verba manduca-  
mus, & nostram, ut sic lo-  
quar, incorporamus damna-  
tionem. Quid ages, cùm e-  
rit reparatio facienda JESU  
Christi languini, toties in-  
dignis & sacrilegis commu-  
nionibus profanato?

*Considera, quinam sint de-  
fectus Confessionum & Com-*

munionum tuarum, & confer-  
cum dispositione Sancta cujus-  
dam anima, sic ad ea mysteria  
se conferentis, velut iis perce-  
ptis subito esset Judici sistenda.

Probet autem seipsum  
homo. 1. Cor. 11.

Pœnitentibus dico, quid  
prodest, quia humiliami-  
ni, si non mutamini. S.  
August.

## EXERCITIUM II.

De Sacro.

I. SACRUM est repræsenta-  
tio ac renovatio Sacri-  
ficii Crucis, fitque in templis  
quo.

quotidiè, quod in Calvaria factum semel. Nihil DEO gratius fecero, quàm ubi Divino huic Sacrificio adstitero. Ut verò intersim Christianè, Sacerdotis me intentionibus jungere meas oportebit, & DEO Patri Filium offerre, vel potius cor meum Christi cordi unire, simulque præsentare.

2. Deum singulis penè momentis offendimus, & pœnas infinitas nostris promeremur criminibus. Quomodo justitiæ DEI satisfiet, nisi domini nostri cruciatus in supplementum offerimus?

Omnes

50 *Dies quartus.*

Omnes poenitentium austeritates, omnes Martyrum cruciatus, omnes miserorum afflictiones, vel minimum peccati debitum extinguere non possunt sine Crucis Sacrificio, cujus merita nobis per Missæ Sacrificium applicantur.

3. DEUS tot in mundo scelera pati non posset, nisi in medio Urbium perditissima rum toties Filium suum ad aras nostras immolatum cerneret. Hujus amandissimæ victimæ aspectus vibratum justitiæ gladium inhibet. Si crimina nostra vindictam

*Dies quartus.* 51

dictam clamant, effusus  
JESU Christi sanguis miseri-  
cordiam reposcit, & impe-  
trat. DEI Filium sub hoc  
victimæ statu sapiùs adore-  
mus, & oblationes nostras  
ei deferamus. Quàm nobis,  
& ipsi probrosum est, quòd  
toties in templis solus re-  
linquatur, dum aulæ Prin-  
cipum mundanorum tur-  
mīs Procerum inardantur.

*Statue sacrum audire quoti-  
die, idq̄, cum omni debita Sa-  
crificio tam augusto reverentia.  
Sic ad templum, velut ad Cal-  
variam accede morienti Christo  
astiturus.*

In

In omni loco sacrificatur,  
& offertur Nomini meo ob-  
latio munda. *Malach. 1.*

Tunc verò pro nobis hostia  
erit DEO, cùm nos met-  
ipsums hostiam fecerimus.  
*S. Gregor.*

---

EXERCITIUM III.

*De Eleemosyna.*

I. QUÀM Christo Domino  
sumus obligati, quòd  
nobis occasionem sibi bene-  
faciendi præbuerit, substi-  
tutis in sui locum pauperi-  
bùs. In Eucharistia est, ut  
adorationes nostras excipi-  
at, seque fidelibus præbeat  
in ci-



in cibum. Est in pauperibus,  
ut nostram commiseratio-  
nem eliciat, & à fidelibus  
nutriatur. Beatus homo,  
qui Christo Eleemosynam  
donat; infelix, qui negat.  
Cani tuo præbes alimenta,  
JESUM crucias inediâ?  
Quanta hæc injuria! bar-  
baries quanta!

2. Quod Magnatibus im-  
penditur, ut plurimum per-  
ditum est; quod DEO, nun-  
quam. Omnia reddit cum  
foenore; liberaliter compen-  
sat etiam haustum frigida.  
Luxus, lusus, dissolutio, in-  
gluuias mille domos rede-  
git

54 *Dies quartus.*

git ad incitas: Eleemosyna nullam. Singularis ars est acquirendi bona, egenis benefacere.

3. In die iudicii juxta mensuram & numerum Eleemosynarū judicabimur. Quid tot parci Eucliones accusationibus pauperum, Christi Judicis exprobrationibus respondebunt? Ite maledicti in ignem æternū, quia esurivi, & non dedistis mihi manducare; nudus fui, & non me cōoperuistis, &c. Animus in pauperes durus, est animus reprobi: benignus in pauperes, prædesti.

*Dies quartus. 55*

destinati. Quid poterit  
contra nos dicere Iudex no-  
ster, si vestes, panes, pecu-  
nias nostras suis in manibus  
conspiciet? Non est, quòd  
iudicem formides, si cau-  
sam tuam pauperes egerint.

*Considera, quem geras in  
egenos animam? An velut Chri-  
sti fratres, & membra aspicias,  
& tractes.*

Eceneratur Domino, qui  
miseretur pauperis. *Prov. 19.*

Date omnibus, ne, cui  
non dederitis, ipse sit Chri-  
stus. *S. Aug.*

EXER-

---

**EXERCITIUM IV.***De Exemplo.*

**I.** PLures animas malum exemplum damnavit, quàm omnes unquam sancti perduxerint ad salutem. Si pateret infernus, vix una foret anima, quæ non huic, aut illi suam adscriberet damnationem. Jubemur inimicos diligere, cur animas nobis amicas occidimus? Qui usque adeò fuit infelix, ut animas DEI sanguine redemptas in damnationem petraxerit, habet, quod meritò suæ salutis timet. Quid à Chri-

à Christo JESU sperare possumus, ubi, quod tanti ei constitit, ipsi præripuimus?

2. O! Patres & Matres, qui parùm vivitis Christianè! Præstaret nunquam fuisse natos, qui sunt è vobis liberi! Vitam iis mortalem datis, & eripitis immortalem? Quando suam illi beatitudinem in die judicii reposcent à vobis, quid respondebitis?

3. Induamur Dominum nostrum JESUM Christum: Ejus Spiritus, regimen, virtutes, vivendi norma in nobis agnoscantur; ut ex intuitu nostri nascatur ejus recorda-

cordatio. Non minùs fraternæ salutis per vitam exemplarem, quàm per scandalosam fraternæ damnationi conducimus.

*Adverte, quid in te sit, quod offensionem proximo præbere possit, & cave; ne criminum alienorum pondere opprimaris, satis à mole propriorū gravatus.*

Væ homini, per quem scandalum venit. *Matth 8.*

Pro tantis reus, quantos secum traxerit in reatum.

*Salvianus.*

---

**DIES QUINTUS**  
**EXERCITIUM I.**

*De presentia Dei.*

**I.** **D**EUS ita me nunc aspici-  
cit, ut si solus in mun-  
do forem: Vel potius in me  
residet, velut oculus infini-  
tè illuminatus, qui me ob-  
servat in omnibus, cui ni-  
hil non perspectum evadit.  
Eâdem me visione videt,  
quâ semetipsum compre-  
hendit, tamque forti ac in-  
tentâ mentis applicatione  
fertur ad me observandum,  
& funditùs perspiciendum,  
quasi

quasi cessaret à propria sui  
contemplatione. Hoc ego  
credo, & DEUM ita in me  
præsentem & agentem a-  
doro?

2. Millies mihi probro-  
sius est, si peccata mea divi-  
nis oculis appareant, quàm  
si mundo universo palam  
exponerentur aspicienda.  
Vellésne coram famulo pa-  
trare, quod in Regis Regum  
conspectu facere non eru-  
bescis? Quæ cæcitas! adèd  
mundi oculos horrere &  
Divinos tam parùm vereri?

3. Omnes noctis tenebræ  
non sunt adèd densæ, ut nos  
oculo



*Dies quintus.* 61

oculo Divino tegant. Loca  
desertissima, recessus obscu-  
rissimi divina pleni sunt  
Majestate. Frustrà hominū  
consortia fugiuntur & ocu-  
li. Ubiquè DEUS reperitur.

*Enitere DEI presentis me-  
moriā animo tuo semper im-  
pressam habere. Remedium est  
contra peccata presentissimum:  
DEUS me videt. Hoc sufficit,  
ut dum fervet passio, cohibeamur.*

Oculi mei semper ad Do-  
minum. *Psal. 24.*

Si peccare vis, quære ubi  
non te videat DEUS, & fac  
quod vis. *S. August.*

D EXER-

**EXERCITIUM II.***De confidentia in Deum.*

**I.** **H**OMO confidit sanitatem suam medico, litem advocato, vitamque, si cæcus sit, puero vel cani. Eterit difficile nobis nostra committere DEO?

**2.** Providentia Divina formicas etiam & culices alit, & regit, cur formident animæ ad imaginem DEI creatæ, & Christi JESU sanguine redemptæ? DEUS paganos, sui ignaros, nutrit: gratiis cumulat, erga sacrosanctum Nomen suum blasphem-

sphemos; Quid pro Christianis se honorantibus, atque amantibus non faciet?

3. Res nostræ multò meliùs in DEI manibus, quàm in nostris sunt positæ. Illum sinamus agere, Pater est. Efficiet ingens ejus erga filios amor, ut ubique nobis consulat. Nobis suam adstipulatus est protectionem, verbò non deerit. Cælum priùs & terra peribunt, quàm DEUS hominem in se confidentem perire sinat.

*Examina cor tuum, an Christi meritis & Divina bonitati sine metu confidat.*

64 *Dies quintus.*

DEUS meus es tu: in  
manibus tuis fortes meæ.

*Psal. 30.*

Projice te in eum: non se  
subtrahet, ut cadas. *S. Aug.*

---

### EXERCITIUM III.

*De dissidentia sui.*

I. **N**ihil habet homo seipso  
timendum magis. In-  
firmitas propria plus ei ti-  
moris, quàm omnes infernæ  
potestates incutere debent.  
Unô verbô, unô suspiriô,  
unô aspectû prosterne potes.  
Adam peccavit: Salomon  
DEI oblitus est: S. Petrus  
Chri-

Christum Dominum abnegavit. Quid arundinibus fiet, si cedros minimus venti flatus terræ allidat?

2. Homo sapissimè non laceffitur vincitur: Nostræ passiones, nostrique sensus omnî momentô in nos conspirant. Ipsum cor nostrum est inimicorum omnium maximè damnosum. Qui persecutionibûs prosterni non poterant, in deserto suâ sponte lapsi sunt. Postquam Tyrannos & dæmones vice- rant, suis cupiditatibus succubuerunt. Cave, ne tibi- metipsum nimium blandiaris.

66 *Dies quintus.*

3. Sanctissimi viri ad primam de rebus animæ suæ considerationem intremuere. Auditi sunt frequenter suspirare Anachoretæ, ac penitentes in hora mortis, de formidandis justitiæ divinæ decretis, quid essent, aut quid esse possent ignari, cum metu, ac tremore suam operabantur salutem. Unicum momentum potest sanctum in reprobum convertere.

*Iraque dic cum S. Philippo Nerio: Domine, cave tibi à me hodie, nam si me mihi relinquant, te prodam. Prævide occasiones, eaque*

*Dies quintus.* 67

*earque periculo maxime obnoxias puta, à quibus nihil tibi timendum arbitraris.*

Qui se existimat stare, videat, ne cadat. *1. Cor. 19.*

Quamvis sis in tuto, noli esse securus. *S. Aug.*

---

#### *EXERCITIUM IV.*

*De respectibus humanis.*

**I.** **M**UNDUS loquitur? sine loqui & obloqui: Stultorum discursus, quò minus sapias, efficere non debent. At, quid dicent homines? Dicéris DEUM præ hominibus timere: Etiam

D4

solu-

solutissimæ vitæ mortales te  
clam æstimabunt & sibi di-  
cent: hoc te meritò facere.  
Porrò quid interest, quæ de  
te dicantur: dummodo sa-  
tisfeceris officio tuo, nec  
DEUS aliud à te requirat.

2. Quale dedecus est!  
Erubescere Evangelium, &  
ejus sequelam sibi ducere  
pudori! Honorari credimur,  
cùm gentilitios Principum  
colores gestamus, & insignia  
Christi palàm ferre verecū-  
damur? Vilissimi artifices  
sui faciunt operis professio-  
nem publicam, & Christia-  
nos pudet videri Christia-  
nos?



nos? Qui filium DEI coram hominibus erubuerit confiteri, erubescet & illum ipse confiteri coram Patre suo.

3. Et verò, sanctissime JESU, erubescendum aliquid sit in te? Numquid infame tuum est nomen? aut probrosum. Maximas tuas & exempla tua consectari? Gloriantur impii se blasphemos, commessatores, impudicos esse, te hominem esse frugi pudebit? Quidquid frendeat mundus & Erebus, honestissimus est is mundo, qui DEO fidelissimè servit,

D 5


& qui

& qui apertissimam altissimamque facit eidem serviendi professionem.

*Pete à te ipso: an illud mundi phantasma te non absterreat ab officio hominis Christiani?*

Non erubescio Evangelium. *Rom. 1.*

Quid times fronti tuæ, qui signô crucis armâsti? *S. Aug.*



## DIES SEXTUS EXERCITIUM I.

*De amore Dei.*

**I**DEUS ita dilexit nos, ut Filium suum unigenitum daret. Si quid habuisset

fec

set melius, dedisset. Nun-  
quid sat carò emitur amor  
noster, si hóc ematur pre-  
tió? Finita bonitas sui amoré  
provocat! nō amavero infi-  
nitā? Ah! an quia est infini-  
ta, definit esse amore digna?

2. Deus meum reposcit  
amorem; Estne mandatum  
nimis rigidum, venustatem  
infinite amabilem diligere?  
flagitat, ut amem ex toto  
corde; Pro tanto DEO tam  
vile cor rependere, an exi-  
stimas iniquum? sed qui  
dicit totum, nihil excipit;  
quàm libet partem dederim,  
nisi totum donavero, nihil  
do.

3. Si

3. Si finiri posset æternitas, etiam Dæmonum iudiciô, inferni pœnis emi posset gratia Deum amandi. Nullus damnatorum est, qui se beatum non existimaret, si post innumera dolorum. sæcula, unicum amoris actum posset elicere. Potes, si velis, & nullo quidem dolore Deum amare toties. Id posse, & non facere, malum est infernô majus.

*Abiice omnem amorem aliû ab amore DEI, quâmpotest intensissimè & sapissimè DEUM dilige super omnia.*

Si charitatē non habuero, nihil sum. 1. Cor. 13. Si

Si amare pigebat, redama-  
re non pigeat. *S. Aug.*

---

**EXERCITIUM II.**

*De amore Christi.*

I. **N**ihil unquam tanti cō-  
stitit, quanti anima  
mea, cujus pretium fuit  
vita divina. Infernum pro-  
meritus fueram: Dæmon,  
& omnes creaturæ meorū  
criminum vindictam ex-  
poscebant: Nihil exaudi-  
vit DEUS, quàm Cor JESU,  
quod pro me gratiam flagi-  
tabat, & ne flagitaret gratis,  
pro me redimendo guttas  
omnes sanguinis effunde-  
bat.

bat. Unde licet Dei Creatoris mei non essem, forem tamen Jesu Christi Redemptoris mei. Minimum, quod prestare teneor, est, ut acceptæ gratiæ gratus existā, si vitam pro vita non repēdero, amorem saltem amoris referam.

2. Dum cani os exsuccum porrigo, pro bono tam futili suum mihi reddit obsequium, fidelitatem & custodiam. JESUS Christus sua merita, gratias suas, suum etiam sanguinem mihi largitus est, & etiamnum sine affectu perduro! Disce ingra-

ingrata anima, disce, vel à bestia tui partes officii: Canis tuus, iudex tuus est, & instructor: Cujus, si ductum non sequeris, non ratione tantum, sed etiã sensũ cares.

3. Amicis cæteris animũ sat facilem ostendimus, eorum in nos officia mutuũ obsequiũ non demereri, minũs urbanum ducimus. Solus igitur Christus erit, qui nos induratos & ingratos experiatur? Et quis amicorum nostrorum pro nobis crucifixus est?

*Pete Christi amorem ab ipso Christo, qui nequit amari sine sua gratia.* E 2 Si

Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum, anathema sit. *1. Cor. 16.*

Si totum me debeo, pro me facto, quid addam pro refecto, & refecto hoc modo? *S. Bern.*

---

### EXERCITIUM III.

#### *De Amore Proximi.*

I. **Q**ui proximum verè non amat, nec Deum amat verè. Quidquid egerimus boni, nihil egimus, si non amavimus fratres nostros. Ipsum Martyrium finè dilectione proximi DEUS averfatur. 2. fur



omni-  
Chri-  
Cor. 16. o, pro  
n pro  
c mo-  
II. re nō  
am a-  
geri-  
us, si  
s no-  
n finē  
DEUS  
2. fundere? O! raram in Chri-  
dilexit.

3. An sic omnēs diligo,  
sicut dilexit me JESUS? ut  
pro singulis, etiam infimæ  
fortis hominibus, paratus  
sim fortunas & vitam pro-

sti fidelibus pietatem? &  
tamen hæc est Christi, ac ve-  
rorum Christianorū pietas.

*Excita in te affectus tene-  
ros erga eum, quem tam tene-  
rè JESUS amavit, & propo-  
ne, nihil agere, quod ledat pro-  
ximi charitatem.*

Qui diligit proximum  
legem implevit. *Rom. 13.*

Dilectio sola discernit  
inter filios Dei & filios Dia-  
boli. *S. August.*

#### EXERCITIUM IV.

*De amore Inimicorum.*

1. **C**hristianæ fidei tam e-  
propria charitas, ut  
inimi-

inimicos diligere teneamur  
JESUS Christus & præcep-  
tum dedit & exemplum.  
DEUS est, qui præcipit, &  
paremus inviti? DEUS suæ  
mortis ignominiam & diri-  
tatem tortoribus dimittit,  
& nos fratribus nostris le-  
ves injuriolas remittere  
non poterimus?

2. Dimittite, & dimit-  
tetur vobis. Non parcenti  
non parcet DEUS. Chri-  
stianus, qui vindictam spi-  
rat, quoties Orationem Do-  
minicam recitat, tóties ore  
se proprio condemnat. Vel  
amandi nobis sunt inimici

nostri, vel nos ipsi nobis odio habendi.

3. Duo Christiani odio sese invicem infectantes, non videntur ejusdem esse religionis. Quomodo enim easdem aras accedant, eundem cibum manducant, idem cœlum & eandem sperent æternitatem, qui se mutuo nec ferre, nec aspicere possunt. Solos Dæmones odisse licet, & non est, nisi damnatorum mutuus sese odius conficere. Vindictæ spiritus, malignorum Spirituum character est,

*Quam ergò indignum est  
homi-*

*Dies sextus.* **SI**

homine Christiano, odisse, &  
persequi eum, pro quo Chri-  
stus mortuus est?

Qui odit fratrem suum,  
homicida est. 1. Joan. 3.

Vindicari vis Christia-  
nus? nondum vindicatus est  
Christus, S. August.



**DIES SEPTIMUS**  
**EXERCITIUM I.**

*De imitatione Salvatoris nostris*

**I.** PRIMUS homo perit,  
quòd DEI similitudinē  
affectaret: Modò salvari  
nemo potest, nisi Filio Dei

E 5

fimi-

similis evadat. Ex quo Deus homo factus est, exemplar vitæ se nobis exhibet, cui nostrâ conformemur. Christus prædestinatorum Caput est. Reprobis est omnis, qui non est ei similis.

2. Mundi novitates tantâ curâ inquiruntur: in Christi vitam nulla fit reflexio. Suorum Principum mores etiam fœdôs æmulantur aulici, suorum præceptorum defectus imbibunt discipuli. An unquam Christi Domini mei, Magistri mei virtutes imitari seriô cogitavi? Pro pudor! me

nec

nec pedem movisse, ut ejus  
vestigia sequerer! Quam  
triumphat Dæmon, se plu-  
res habere asseclas, quos  
perdat, quam Christ<sup>9</sup> seque-  
ces numeret, quos coronet!

3. Quid dicam in die no-  
vissimo, cum Christo exem-  
plari conferetur imago vi-  
tæ, quam pinxi? ubi ejus hu-  
militas meo fastui, ejus vul-  
nera meis voluptatibus, e-  
jus mansuetudo meis furiis  
opponetur? Ah! quale  
monstrum, Christianus abs-  
que Christi moribus! Bapti-  
zatus, & Dæmonis manci-  
pium! sub crucis vexillo

84 *Dies septimus.*

carnis assecla: Vel igitur  
& baptismo tuo & Christi-  
anæ professioni abrenun-  
tia, vel etiam tuam vitæ  
Christi Salvatoris confor-  
mem redde. Aut nomen  
muta, aut mores.

*Putásne, quòd ex actionibus  
tuis Christi discipulus agnoscí  
possis? Ubi vestigium aliquod  
in te Filii DEI relucet?*

Magister, sequar te, quo-  
eunque iêris. *Matth. 8.*

Sinè causa sum Christia-  
nus, si Christum non se-  
quor. *S. Bern.*

EXER-



**EXERCITIUM II.**

*De pietate erga B. Virginem.*

I. **M**eritò mihi cor è fibris  
evulsero, si geram il-  
lud erga Mariam indevo-  
tum. Quisquis illam non  
amat, nec vivere meretur,  
nec amare quidquam. Non  
potuit DEUS puram crea-  
turam hâc meliorem con-  
dere. DEI Mater est, ut  
possit: Tua Mater est, ut ve-  
lit tibi prodesse. Quin igi-  
tur salutas, obsecras, vene-  
raris, diligis Mariam?

2. Si sensus omnis, omnis  
ardor pietatis, quod DEUS  
aver-

avertat, in me refrixerit, amoris tamen in Mariam scintillas fovere conitar: Scio fore, ut illius ope conversionis veræ gratiam consequar. In omnibus periculis, persecutionibus, tentationibus, sub tuum præsidium confugiam, o! Maria: Licet propè stygi immerfus, in te sperabo, Regina cæli. Perire non potest, qui brachiis tuis immoritur.

3. Ut se tibi monstret Matrem, exhibe te filium. Ille usus Officii Mariani laudatissimus apud multos defloruit; Corollæ rosarum  
Mari-

Marianarum ferè tantùm  
in manibus illiteratorum  
circumferuntur. Ita Chri-  
stianus, cui DEUS mori-  
ens suam Matrem commen-  
davit, recipit in sua? Tunc  
te perditū arbitror, cùm  
Mariæ servire desièris.

*Consecra te totum de novo  
Mariæ, ejusque servitio man-  
cipatus; dic ex animo:*

Dominare tū nostri, & Fi-  
lius tuus. *Jud. 8.*

Maria! O! Nomen, sub  
quo nemini desperandum.  
*S. Augustinus.*

EXER-

---

**EXERCITIUM III.***De imitatione Sanctorum.*

**I.** PRÆTER duo luminaria magna JESUM & MARIAM, DEUS tot Sanctos, quot stellas, in mundo posuit, ut essent tibi viæ duces, ac comites ad terram sanctam. An attendis? an sequeris? lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt. En quanta ab aliis passi! circuiêrunt in melotis, egentes, afflicti. En quantam sibi metipsis vim intulerint, ut pervenirent ad sanctitatē!

Tu

*Dies septimus.* 89

Tu sanctus esse vis sine labore, sine dolore, nullò negotiò tuò, per solam DEI gratiam.

2. Sancti fuerunt ex eadem massa, qua nos sumus. Elias erat homo similis nobis, passibilis, sed & multi primùm peccatores, Matthæi, Magdalenæ: periculis peccandi proximis expositi, tentationibûs internis externisque fatigati. Quales nihilominus per còoperationem cum DEI gratia evaserunt? Tu quem te futurum speres, sic agendo ut agis? æmulare charismata meli-

90 *Dies septimus.*

meliora. Quantumvis infirma sit natura, gratia Domini confortabit eam.

3. Nemo repente fit sanctus. Suos habet gradus perfectio. Si volare non potes ad ardua reperere tamen potes à minimis ad majora; si quot mensibus unum excinderes vitium, unam animo virtutem infereres, sub anni finem jam fores inter exempla. Quid aliud abs te postulant Patroni menstrui? quorum sanctimoniam mirari potes, imitari debes.

*Vitas Sanctorum diligenter*

*Dies septimus.* 91

ter evolve, illorúmque mores  
in te effinge. Patrocinium  
item eorum assiduè implora, ut  
babeas eos in necessitatibus  
amicos.

Imitatores mei estote, si-  
cut & ego Christi. 1. Cor. 4.

Quod potuerunt isti &  
istæ, tu non poteris? S. Aug.

---

#### EXERCITIUM IV.

*De Paradiso.*

I. **P**ARADISUS O! magna  
nomen! qui Paradisum  
nominat, dicit extermina-  
tionem omnium malorum,  
bonorum omnium congre-  
gationem, specimen ma-  
gnifi-

gnificentiaē DEI, pretium sanguinis Christi, expletionem omnium humani cordis desideriorum, & his omnibus majora. Nunquid eò anhelas? Nisi videro conatus tuos, non credam.

2. DEUM intueri clarè; sicut est in se, in gloria sua: Deum amare sinè mensura & modo: Deum possidere sinè metu jacturæ, hoc est, quod spero. Ah! quatuor tantum restat peregrinationis meæ dies, & tunc morabor aternum cum eo, quem diligit cor meum!

3. Quid refert, ubi tandem




dem & quomodo his in ter-  
ris simus, dummodo per  
totam æternitatem in glori-  
a cum JESU & MARIA si-  
mus; poterone jure cõque-  
ri, quòd felicitas infinita  
non sinè laboris pretio mi-  
hi vendatur! Tot Martyres  
suo sanguine cœlum emé-  
runt, & crediderūt intereà,  
se gratis accepisse. Ah! fe-  
lix æternitas! si saperent  
homines, & intelligerēt te!  
Quàm sorderet illis terra!

*Excita magnum in te beati-  
tudinis acquirenda desiderium.  
Cogitans de paradiso, nihil in  
mundo vel admiraberis, vel ti-  
mebis.*

*Satia-*

Satiabor, cum apparuerit  
gloria tua. *Pf. 16.*

Si labor terret, merces  
invitet. *S. Ber.*



## DIES OCTAVUS

### EXERCITIUM I.

*De malis tolerandis.*

I. Imitatores Christi non  
sumus, ut diffuamus  
gaudiis opibus abundemus.  
Si sic vivendum erat, re-  
linquendus fuerat mundus,  
ut antè sub imperio passio-  
num & opinionum. Chri-  
stiana lex, & vita mortifica-  
tio-

tionem docet & pœnitentiam. Qui crucem non amat, fidei renuntiet.

2. Quid ait Evangelium? Beati, qui lugent. Væ vobis qui ridetis in hoc mundo, pleni solatiis terrenis. Hæc est lingua Spiritus Sancti, quæ multis barbara videtur, & in sola Canada ac Japonia intelligitur: Ubi fideles ad Martyrium festinant. Articulus pœnarum sacrâ paginâ vix non expungendus est in Europa. Credimusne felicitatem hujus vitæ cōsistere in lachrymis, & miseros esse divites, poten-

potentes &c. ? Profectò sic obligaris ad hoc credendū, velut ad quidvis aliud.

3. Oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriam suam. Omnes Sancti per viam Crucis, per doloris tramitem ad cœlum pervenerūt. Sperasne gratis id tibi donandum, quod DEI Filio, ejusque Sanctis tanti stetit. Crux electorum est nota. Per spineam Coronam aurea obtinetur. Reprobis est omnis impatiens. Patiendum est vel in altera vita. O! Domine! Hic ure, hic seca, dummodò in æternū parcas.

*Ado-*

*Dies octavus. 97*

*Adora Christum crucifixum,  
& ab eo patientia virtutem ex-  
ora. Si compassus ei fueris,  
conregnabis.*

*Qui non bajulat crucem  
suam, non est mē dignus.*

*Luc. 14.*

*Pudeat sub spinoso Ca-  
pite membrum esse delica-  
tum. S. Bern.*

---

## *EXERCITIUM II.*

*De fervore in agendis bonis.*

**I.** *O!* Si tantō flagrarem Ze-  
lō salutis meæ, quan-  
tō flagrat ipse DEUS! Qui  
nihil agit extra se, nisi pro-  
pter nostram salutem. O-

*F*

*omnia*

98 *Dies octavus.*

omnia Divini cordis desideria, sollicitudines, ordinationes eò collimant. Confundere anima tepida, tuæ salutis incuria.

2. Age, quod agis. Opus DEI est: maledictus es, si facias negligenter. Dominum contemnit famulus, qui servit deside manu, averto vultu. An vilis merces est, quam spondet operariis? An solvere non vult, aut non potest? DEO laboras, tanto, tamque fideli Domino! imò tibi laboras. Si parum seminas, parum & metes.

3. U-

3. Unum opus pro DEI gloria factum, omnium Heroum præclaris facinoribus prævalet. Si vanitati tantò insudamus studiò, quantum dabimus æternitati? Vide mancipia Dæmonis, filios hujus sæculi, si labori parant, si cedunt ulli difficultati, si queruntur de sudore, quò gratiam Principis: opes, aut honores lucrati sunt, & fortè cum illis inferni pœnas! Anvilior Dæmone Christus JESUS? An cœlum infernò postponitur? Ah! infernus posthac meum erit gymnasium: Sic

amabo DEUM, ut eum odit Dæmon: ita DEO serviam, uti mundo servitur, & dæmoni. Verè non est nimium.

*Perpende tuas actiones, in quibus maximè tepidus es. & excita te facta reflexione ad primum fervorem, quo servire DEO cæperas aliquando.*

Spiritu ferventes, Domino servientes. *Rom. 12.*

Quales impetus habebas ad mundum, tales habeas ad artificem mundi. *S. Aug.*

**EXER-**



---

**EXERCITIUM III.**

*De Conformatione voluntatis  
cum Divina.*

1. **O**ptima fortuna creaturæ rationalis est, velle, quod ejus Creator vult. Anima, quæ non vult, quod vult DEUS, sibi nimium arrogat, DEO plurimum derogat. Velle, ut sit alius rerum status aut cursus, est velle, ut DEUS non sit Dominus. Quidquid contingit, DEO sic disponente contingit. An non æquum est, approbare, quidquid infinita Sapiencia ordinat seu constituit? F3 2

2. Nihil ex divinâ voluntate mihi accidit, quod non sit in bonum meum. Et licet ipse DEUS pugionem in cædem meam dirigeret, scio manum ejus ex amore Paterno dirigi. Quid eum timeo, qui me diligit? Quid de frigore, aut æstu conquerar, de morbo, aut bello, de fortunis, aut agris direptis? hæc omnia naturam & nomen mutant, dum per manus Divinas transeunt. Mala tibi videntur, quia nec causas eorum intelligis, nec prævides eventum. Permite navi cursum,

sum, quem tenet, licet in ea remos trahas: est, qui ad clavum sedeat, omnibusque provideat Naucle<sup>9</sup> DEUS.

3. Ne postules ea, quæ fiunt, tuô fieri arbitrâtû. Amor proprius tuum dementat iudicium, ut velis tui causâ mutari ordinem Universi à DEO tam sapienter dispositum. Tu tibi vitam exoptas, at qui hæreditati tuæ inhiant, mortem tibi, sibi que convenientiorem esse iudicant. Miles bella, Civis pacem flabitabunt; Nauta ventos, Colonus Solem inclamabit; Quis tot

litibus, & abeuntibus in  
 contraria iudicii finem &  
 modum ponet, nisi solus  
 DEUS? Attende potiùs  
 mentem ad ea, quæ tui sunt  
 arbitrii, & hæc, si sapis, e-  
 menda: Dementia est, vel-  
 le componere, quæ non  
 sunt penes te.

*Abrenuntia propria volun-  
 tati, & ora DEUM, ut ejus  
 voluntas in te semper perficia-  
 tur.*

Ita Pater, quia sic plâci-  
 tum fuit ante te. *Matth. 11.*

Ille placet DEO, cui pla-  
 cet DEUS. *S. August.*

EXER-

---

**EXERCITIUM IV.**

*De quieta cujusque Perseverantia in suo statu.*

**I.** Numquam arridet id, quod sumus: Semper alii esse desideramus. Vir fœminas somniat feliciores, fœmina viros: Maritus de conjugio queritur, Clericus de Cœlibatu: Religiosus in sæculo faciliùs, sæcularis commodiùs in Religione salutem se suam curaturum arbitratur. Nempe obmurmuramus, & magis solliciti sumus, quid agamus: quàm, ut benè agamus. Quis erit

in rebus creatis ordo, quæ  
 stabilitas, si semper id fiant  
 homines, quod esse volunt?  
 Aut unde jus majus habes  
 præ cæteris, ut solus fias,  
 quod esse vis?

2. Gratus est DEO, qui  
 facit, quod pro sua condi-  
 tione potest, ac debet? Quis  
 tibi persuasit, orando tan-  
 tum nos servire DEO: Quis-  
 que suum habet officium:  
 nec à sæculari DEUS exigit  
 vitam religiosi, nec à men-  
 dico divitis eleemosynas.  
 Temerè jactas. in alio te sta-  
 tu futurum perfectiorem,  
 cum nescias, quas inibi ten-  
 tatio-

tationes dæmon, quæ caro-  
tricas, focii, superiores, sub-  
diti, molestias, tibi sint ob-  
voluturi, ex quibus totus  
status alteratur. Status, in  
quo positus es à DEO, præ-  
visus est tibi commodissi-  
mus omnium ad salutem:  
quam si non assequeris, ex  
te perditio tua est. Dic igi-  
tur cum Thoma Kemp. Dô-  
mine, da quod vis, & quan-  
tum vis, & quando vis; Tu  
scis, quod melius est.

3. Si conditione mea cō-  
tentus vivo, cur tædet ope-  
ra huic convenientia exhi-  
bere? Cur non ago, quæ a-  
gen-

genda sunt? quid de molestia statui meo annexa conqueror? non esset prudens faber, qui de fuligine quiritatur: imprudentior æger, qui dolores ægrè fert: pauper, qui se contemni, affligi lamentatur: minùs ingeniosus, qui se rideri, non applicari ejulat; hæc tuæ conditionis sunt onera. Si robore, divitiis, ingenio præcelleres, non haberes hæc incommoda, sed alia majora, quibus modò exemptus vivis. Committe rem DEO, viriliter age & sustine Dominum dispen-

fan-




sanctem talenta prout vult,  
& cui vult.

*Persiste in Statu, & omitte  
querelas, quibus te turbas & a-  
lios, memor verborum D. Pauli.*

Unusquisque, in qua vo-  
catione vocatus est, in ea  
permaneat. 1. Cor. 7.

Sufficis tu DEO, sufficiat  
tibi DEUS; Homo, cujus  
DEUS est, quid amplius  
querit. S. Cy-  
prianus.

**FINIS.**



**G**

**IN-**

(1689)(+)(1689)

I N D E X

Dierum & Exercitiorum.

Dies I.

Exercitia.

I. De Fide. 5

II. De Fine Hominis. 8

III. De Cura Salutis. 11

IV. De Nō differēda cōversione.

Dies II. (15

Exercitia.

I. De Morte.

II. De Iudicio Extremo. 23

III. De Inferno. 26

IV. De Æternitate panarū Infer-

Dies III. (ni. 29

Exercitia.

I. De Horrore peccati. 33

II. De

II. De Fugâ peccati venialis. 36

III. De Usu temporis. 39

IV. De Usu gratiarum. 42

Dies IV.

Exercitia.

I. De Usu Sacramentorum. 45

II. De Sacro. 48

III. De Eleemosyna. 52

IV. De Exemplo. 56

Dies V.

Exercitia.

I. De Prasentia DEI. 59

II. De Cōfidentia in Deum. 62

III. De Dissidentia sui. 64

IV. De Respectibus humanis 67

Dies VI.

Exercitia.

I. De Amore DEI 70

II. De Amore Christi. 73

G 2

III.

III. De Amore Proximi. 76

IV. De Amore Inimicorum. 78

Dies VII.

Exercitia.

I. De Imitatione Salvatoris nostri. 81

II. De Pietate ergà B Virginē. 85

III. De Imitatione Sanctorū. 88

IV. De Paradiso. 91

Dies VIII.

Exercitia.

I. De Malis tolerandis. 94

II. De Fervore in agendis bonis. 97

III. De conformatione voluntatis cum Divina. 101

IV. De Quieta cujusque perseverantia in suo statu. 105

ALIA

76 *ALIA DISTRIBUTIO*  
78 *Horum Exercitiorum per*  
*dies integri Mensis*  
*Exercitium Præparatorium.*

De Fide 5

Die


81	1. De Fine Hominis.	8
85	2. De cura salutis.	11
88	3. De nō differēda cōversione.	15
91	4. De Morte.	19
	5. De iudicio extremo.	23
94	6. De inferno.	26
is.	7. De Æternitate panarum in-	
97	ferni.	29
ta-	8. De Horrore peccati.	33
01	9. De Fuga peccati venialis.	36
eve	10. De Usu temporis.	39
05	11. De Usu gratiarum,	42
4	12. De Usu Sacramentorū.	45

G 3

13.

13. De Sacro.	48
14. De Eleemofyna.	52
15. De Exemplo.	56
16. De Presentia Dei.	59
17. De Confidentia in Deum.	62
18. De Diffidentia sui.	64
19. De Respectibus humanis.	67
20. De Amore Dei.	70
21. De Amore Christi.	73
22. De Amore Proximi.	76
23. De Amore Inimicorum.	78
24. De Imitatione Salvatoris.	81
25. De Pietate erga B. Virginem.	85
26. De Imitatione Sanctorum.	88
27. De Paradiso.	91
28. De Malis tolerandis.	94
29. De Fervore in agendis bonis.	97
30. De Conformatione voluntatis cum Divina.	101
31. De Quieta cujusque perseve- rantia in suo statu.	105

**F I N I S.**



48  
52  
56  
59  
62  
64  
67  
70  
73  
76  
78  
81  
85  
88  
91  
94  
97  
atis  
101  
ve-  
105

# BENEDICTIO A Q U Æ.

*V. Adjutorium nostrum in  
Nomine Domini,*

*R. Qui fecit cœlū & terrā.  
Deinde absolute incipit Exor-  
cismum Salis.*

**E**Xorcizo te Creatura Salis,  
per Deum†vivū, per De-  
um†verum, per Deum†san-  
ctum, per Deum, qui te per  
Elizæum Prophetā in aquā  
mitti jussit, ut sanaretur ste-  
rilitas aquæ, ut efficiaris Sal  
exorcizatū in salutem cre-

A den-

dentium: & sis omnibus te  
fumentibus sanitas animæ &  
corporis: & effugiat atque  
discedat à loco, in quo asper-  
sum fuerit, omnis phantasia,  
& nequitia, vel versutia dia-  
bolicæ fraudis, omnisque Spi-  
ritus imundus adjuratus per  
eum, qui vêturus est judica-  
re vivos & mortuos, & se-  
culum per ignem. *¶ Amen.*

*Oremus.*

**I**Mmensam clemētiam tuā,  
Omnipotens æterne Deus,  
humiliter imploramus, ut  
hanc Creaturam Salis, quam  
in usum generis humani tri-  
buidisti, beneddicere, & San-  
ctificare tua pietate digne-  
ris,



ris, ut sit omnibus sumentibus  
salus mentis & corporis:  
& quidquid ex eo tactum,  
vel respersum fuerit, careat  
omni immunditiâ, omni que  
impugnatione spiritualis ne  
quitia. Per Dominum no-  
strum &c.

*Exorcismus Aquæ, & dicatur  
sine: Oremus.*

**E**Xorcizo te Creatura Aquæ  
in Nomine Dei † Patris  
Omnipotentis, & in Nomi-  
ne JESU † Christi, Filii ejus,  
Domini nostri, & in virtute  
Sancti † Spiritûs, ut fias Aqua  
exorcizata ad effugandam  
omnem potestatem inimici,  
& ipsum inimicum eradica-

re, & explantare valeas,  
cum Angelis suis Apostati-  
cis: per virtutem ejusdem  
Domini nostri IESU Christi,  
qui venturus est judicare  
vivos & mortuos, & sæcu-  
lum per ignem. R. Amen.

*Oremus.*

**D**Eus, qui ad salutem hu-  
mani generis, maxima  
quæque Sacramēta in aqua-  
rum substantia condidisti:  
adesto propitius invocatio-  
nibus nostris, & elemento  
huic multimodis purificati-  
onibus præparato, virtutem  
tuæ benedictionis infunde:  
ut creatura tua misteriiis tuis  
serviens, ad abigendos dæ-  
mones,

mones, morbosque pellen-  
dos, Divinæ gratiæ sumat  
effectum: ut quidquid in do-  
mibus, vel in locis fidelium  
hæc unda resperferit, careat  
omnî immunditiâ, liberetur  
à noxa: non illic resideat  
spiritus pestilens, non aura  
corrumpens: discedant om-  
nes insidiæ latentis inimi-  
ci, & si quid est, quod aut in-  
columitati habitantium in-  
videt, aut quieti, aspersione  
hujus aquæ effugiat: ut sa-  
lubritas per invocationem  
Sancti tui Nominis expetita,  
omnibus sit impugnationib9  
defensa. Per Dominum no-  
strū JESUM Christum Filiū  
tuum &c.      A 3      Hic

*Hic mittat Salem in Aquam, in  
modū Crucis, dicendo semel.*

Commistio Salis & Aquæ,  
pariter fiat in Nomine Pat-  
tris, & Filii, & Spiritus  
Sancti. Amen.

*V. Dominus vobiscum*

*R. Et cum spiritu tuo.*


*Oremus.*

**D**Eus invictæ virtutis au-  
ctor, insuperabilis impe-  
rii Rex, ac semper magnifi-  
cus triumphator: qui adver-  
sæ dominationis vires reprimis,  
qui inimici rugientis  
lævitiâ superas: qui ho-  
stiles nequitias potenter expugnas:  
te Domine trementes & supplices  
deprecamur


ac pe-

in  
el.  
uæ,  
at-  
itus  
  
au-  
pe-  
nifi-  
ver-  
pri-  
ntis  
ho-  
ex-  
en-  
mur  
e-

ac petimus, ut hanc creaturā  
Salis & Aquæ dignāter aspi-  
cias, benignus illustres, pie-  
tatis tuæ rore sanctifices: ut  
ubicunque fuerit aspersa,  
per invocationem sancti tui  
Nominis, omnis infestatio  
immundi spiritūs abigatur;  
terrorque venenosi serpen-  
tis procul pellatur, & præ-  
sentia Sancti Spiritūs nobis  
misericordiam tuam poscen-  
tibus, ubique adesse digne-  
tur. Per Dominum no-  
strum **JESUM Christum**  
&c. Amen.



**BENE-**



BENEDICTIO  
A Q U Æ  
S. I G N A T I I.

*Supra Aquam, Benedictam  
antea, in Ecclesia, vel cubiculo  
aliquo, legantur inferius scriptæ  
Orationes S. I G N A T I I. ubi  
Crux, fiat Benedictio similiter.*

*Y. Adjutorium nostrum in  
Nomine Domini,*

*Rx. Qui fecit calū & terram*

*Y. Dominus vobiscum,*

*Rx. Et cum spiritu tuo.*

**B**enedic † Domine Creatu-  
ram istam aquæ, ut sit re-  
medium generi humano, &  
præ-

IO  
I.  
ictam  
iculo  
ripta  
ubi  
er.  
n in  
ram  
tu-  
re-  
&  
-  
praesta p̄ssimam misericor-  
diam tuam per JESU Chri-  
sti Sangvinem, ac intercessi-  
onem S. IGNATII, & O-  
mnium Sanctorum, ut qui-  
cunque ex ea sumpserint,  
liberationem ab omnibus  
malis, corporis sanitatem, &  
animæ tutelam percipiant.  
Per Christum Dominum no-  
strum. R̄. Amen.

*¶ Justum deduxit Domi-  
nus per vias rectas,*

*R̄. Et ostendit illi Regnū Dei*

*Oremus.*

**A**desto Domine supplica-  
tionibus nostris, quas in  
Beati IGNATII Confesso-  
ris tui commemoratione de-  
feri-

ferimus, ut qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit precibus adjuvemur. Per Christum Dominum &c.

*Oremus.*

**D**EUS, qui ad Majorem Nominis tui gloriam propagandam, novô per Beatum IGNATIUM subsidiô militantem Ecclesiam roborâsti, concede, ut ejus auxiliô & imitatione, certantes in terris, coronari cum ipso mereamur in cœlis. Per Dominum nostrum JESUM Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritûs Sancti De-

us,



us, per omnia sæcula sæcu-  
lorum. R̄. Amen.


*Intingantur Reliquia Sancti  
IGNATII, aut Metallum,  
& dicatur.*


**C**ONfer benignissime Do-  
mine JESU per conta-  
ctum Imaginis, vel Numi-  
smatis Sancti tui IGNATII,  
aquæ huic virtutem sanan-  
di corpus & animam, pel-  
lendique omniâ mala ab  
hoc loco, ejusque incolis.  
In Nomine Patris, † & Fi-  
lii, † & Spiritûs † Sancti.  
R̄. Amen.

*Aqua*

*Aqua hæc hausta con-  
ducit plurimum contra o-  
mnis generis morbos, et  
que aspersa loca, spectris,  
et veneficiis obnoxia, red-  
duntur immunia, ut  
multa docet expe-  
rientia.*

FINIS.





BENEDICTIO  
A Q U Æ  
S. FRANCISCI XAVERII

*Tempore Orationū intingatur  
Reliquia vel Numisma S. Xaverii*

*V. Adjutorium nostrum in  
Nomine Domini,*

*R. Qui fecit calū & terram*

*V. Dominus vobiscum,*

*R. Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

**D**Eus, qui ad salutem hu-  
mani generis, maxima  
quæq; Sacramenta in aqua-  
rum substantia condidisti;  
adesto propitius invocatio-  
B nibus

nibus nostris, & elemento  
huic multimodis purifica-  
tionibus preparato virtu-  
tem tuæ benedictionis in-  
funde, & præsta per invo-  
cationem S. Nominis tui, &  
intercessionem S. FRAN-  
CISCI XAVERII Indiarum  
Apostoli, cujus Reliquiæ  
(Numisma) immergitur,  
ut quicumq; ex ea sumpse-  
rint, corporis sanitatem, &  
animæ tutelam accipiant.  
Per Dominum &c.

OREMUS.

**D**Eus, qui ad illuminatio-  
nem gentium B. FRAN-  
CISCUM Indiarum Apo-  
stolum elegisti, & miracu-  
lorum

lorum gloriâ decorâsti; concede, ut Ejus meritîs & intercessione, & in fide, quam docuit, inveniamur stabiles, & in charitate, quam exercuit, efficaces. Per Dominum nostrum &c.

### BENEDICTIO

*Ad quamlibet rem, quam supra  
se aliquis portaverit.*

**D**omine JESU Christe  
Fili Dei vivi, qui recto  
itinere incedentibus pius  
adjutor es, Te suppliciter e-  
xoramus, ut hoc opus tua  
bene † dictione conservare  
digneris, & præsta piissime  
ac Clementissime Pater, ut  
hic famulus tuus N. in hoc,

B 2

quod

quod humeris suis suspen-  
derit, vel in manibus por-  
taverit, benedictionis tuæ  
gratiâ repleatur, & hic &  
ubique defensionis tuæ au-  
xiliis muniatur. Per Chri-  
stum Dominum nostrum

Rx. Amen. Asper-  
sio fiat.



1600) § (+) § (1600)

ORATIO

A D

S. FRANCISCUM  
XAVERIUM.

*Indiarum Apostolum.*

O! Magne Sancte, Indo-  
rum Apostole, Maxime  
orbis Thaumaturge, Pater  
mi, & Patrone mi singula-  
ris, Sancte FRANCISCE  
XAVERI: memento, quan-  
tô animarum lucrandarum  
zelô flagraveris. Rogo Te  
per JESU & MARIÆ amo-  
rem, per tuum animas lu-  
crandi desiderium, habe  
curam animæ meæ, qui  
plus

plus, quàm duodecies cen-  
tena millia cælo lucratus es  
animarum, lucrare & hanc  
animam meam. Fac, ut  
salutare tuum documen-  
tum intimè agnoscam, in-  
tegrè sequar, constanter  
servem, donec ad Te evo-  
catus, DEUM, pretiosissi-  
mam ejus, & meam Ma-  
trem, laudem, amem, &  
glorificem in æternum.

A M E N.





Proporowali tedy unizenie,

u Naszego bédących, Sposob

innych dobrze rządzących się

Państwach wiadomy, y nie bez

ty, gdzie kartki, matemi Pieniędzt

osow zakupiua, y potym ie na s

am: abysmy, podobney Rze

elu Oyczyźnie dobrze zyczący,

olestwo y Wielkie Xięstwo Li

yczayny na Promowowanie y Do

iel, ma się wieinie obrocic.

neralna rey Loteryi *Urodzonym*

*in d.c.* Pułkownikowi Nasze

atu na Fundusz rey Loteryi daie

dokładaią, powierzoną, utwier


ow y dobrego dla Wygody w

Werna Informacya o te, ioterwi d  
a bya, rozkazujemy.

Przweileu y Wiary powszechny  
alishy y Pieczęcią Koronną potwierdz

8. Nsiąca Kwietnia. Roku Panskieg

lasgo XV. Roku.



zas publiczna, jasna y werna  
wszytkich wiadomości wydana by, ro

Dla Wagi niniejszego Przwił  
Ręką Naszą Własną podpisaliśmy y  
kazaliśmy.

Dan w Dreźnie, dnia 8. Miesią

MDCCLVIII. Panowania Nasz

AUGUSTUS REX

